



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Reverendissimo ac Illustrissimo Domino Dn. Philippo Ernesto S.R. Imperii
Comiti de Hohenloe, Domino in Langenburg &c. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Reverendissimo ac Illustrissimo

DOMINO,
**DN. PHILIPPO
ERNESTO**

S.R. Imperii Comiti de Hohenloë,
Domino in Langenburg &c. Eccle-
siarum Cathedralium Moguntinensis ac Colo-
nienfis Canonico Capitulari ; &c.

DOMINO MIHI GRATIOSISSIMO.

*Reverendissime ac Illustrissime Comes,
Domine Gratiosissime.*



Erum Ecclesiasticum dum hæ
paginæ adumbrant, ut dirigant
doceantque Clericos & Sacerdo-
tes, piè sancteque vivendi, Pro-
fessionemque Clericorum esse
vitam Cœlestem, prodire in lu-
cem sub nominibus tuis ambi-

unt, *Reverendissime ac Illustrissime Domine.* Quam
sibi conciliare lucem à *TE* (magno Ecclesiæ lumina-
ri) non sperent? cum vel ipsas umbras tua lux illu-
stres faciat; ideo super candelabra positus Metro-
politana Moguntina & Coloniaensis Ecclesiæ, ut am-
plius illumines: Et verò quot non radios inde am-
plissimæ Germaniæ orbis excipiunt tuæ virtutis &
sapientiæ? Jam in nominibus tuis veritatem docti,
quæ ab annis primis definierunt te *Altam Flammam.*
Quidquid in *TE* flammæ, *ALTVM* est, & ad illu-
strandum præclarissimè eminet emicatque: ita con-

H 2

veniunt

DEDICATIO.

veaiunt rebus nomina, apesuis. Quam suo Nomini in hac *Alta Flamma* gratulatur Excellentissima & Illustrissima Familia *H. henlojana*, precaturque magnis votis, ut splendor & ardor flammæ tuæ absque nubilis semper altius tendere videatur, videatque secula. Geminat hæc vota ejusdem jubaris avidissimus Clerus & omnis Germania; omnium nempe affectus intimos & animos sibi virtus & sapientia tua obligavit. His ita omnibus luces & ardes, ut amore tui singulos accendas. Ergo, ut *Veri Ecclesiastici* amore pariter animi ardeant, patere *Reverendissime & Illustrissime Comes*, ei tua lumina præluere, Non despice hoc opus humile, Illustrissimo tuo Nomine penè indignum, nam nec Lux ipsius Solis, quantumvis alta, respicere infima dedignatur, & verò Verus Ecclesiasticus qui libri (hujus est titulus) se merito debet *Tibi*, qui *Verum Ecclesiasticum* vocationemque suam avidè cognoscentem vivo exhibes virtutum ac sapientiæ *Tuæ* schemate. Non impriment hi typi verbum, nisi quod in *TE* ceu vivo prototipo, Ecclesiasticis planè lineamentis exemplisque jam pridem sit expressum. Accipe igitur opusculum hoc, tot titulis tuum, & ne obscurum lateat, dignare id luce favoris gratiæque tuæ illustrare: & dum in eo Verus Ecclesiasticus (in tuam panegyrim) illucescit, *Tu* interim perge vivere Ecclesiæ *Alta Flamma*, Veri Ecclesiastici imago illustrissima; tuisque vitæ sanctioris, verèque Ecclesiasticæ radiis univervos felicitæ & serena.

Ita vovet

*Reverendissima ac Illustrissima
Dominationis Tuæ*

Cliens ac Servus

Joannes Melchior Bencard.

Anagno-